



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto iohanne abbate. Cap[itulum]. clvij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse february occurrētibus Folio. lxx.

Interea iohannes a patre euangelii sibi scribi petijt in quo studere cupiebat: quod mater gemmis et auro ad filij dilectione ornavit. In quo quotidie iohannes legebat: et ad vite perfectionem emulum anhelabat. Reversus igitur abbas in domo iohannis recipitur: cum quo habitu colloquio de fuga petenda: quia parentes timebat nauem reperire iuxta littus: a quibus dum naute multum pro nauulo exigerent et pecunia carceret abbas: ad repatriandum festinaret. In uenis patrem rogat: ut det sibi centum aureos pro conuivio consodalibus celebrando. Quibus accipis iohannes quasi necessaria emprurus abiit: urbem exiit: et ad abbatem se supra mare presolantem concitus venit: datoque nauulo nauem secum ascendit. Quem parentes dudum perquirentes et minime intuētes ad mortem affligebantur. Ille igitur ad monasterium perueniens factus est monachus ubi in omni vite sanctitate et summa obedientia septem annis peregit. Post hec cum de uisione parentum nimis tentaret: obrenta abbatibus et monachorum licentia: relicto cenobio romam uenit: mutatoque habitu sanctissimis vestibus indutus facie preieiunij tabefacta: in domo parentum incognitus hospitatus: minime se reuelans. Tunc mane pater domum egrediens: ut pauperem peregrinum copatiens tugurium sibi iuxta domum suam construxit: eumque de mensa propria uti pauperem aluit. Qui multis ieiunij affectus continue orationibus insistebat. Sed tandem infirmitate correptus mortis vicinus matrem uocauit etque psalterium gemis et auro ornatum exhibuit. Que libro cognito viroque uocato iohanne interrogat quod psalterium illud habuisset: et si qua de eorum genito audiuisset. Qui cuncta per ordinem narrauit: se iohannem eorum filium profecerit: mortemque in eorum brachijs expirauit. Tunc corpus cum multarum effusione lachrymarum parentes in nouo edificato oratorio sepeluerunt: et eidem per peregrinorum susceptione cenobium addiderunt: ibique domino seruantes preter quotidianum victum omnem substantiam suam pauperibus ministrabant. Quis uero in pace uir domini. iij. kalendas martij.

De sancto iohanne abbate. Cap. clvij.

Iohannes abbas in scythia claruit. Ad quem cum quidam anachorita nomine episcopus uisitandum uenisset: qui per annos. xl. in heremo habitauerat: interrogatus est a iohanne quid exinde profecisset: qui respondit: quod ex quo ceperat solitarius esse: nunquam sol uiderat eum manducantem: cui iohannes inquit: nec me irascere. Dum autem iohannes uellet ad similitudinem angelorum nihil operari: sed domino sine intermissione vacare seipsum expoliuit: et hebdomadam in heremo profecit. Cum autem fame periclitaretur: et aculeis muscarum et uesparum totus uulneretur: esset: reuersus ad ostium fratris sui pulsauit: dicens se esse

iohannem. Qui respondit: quod hoc esse non poterat: quia iohannes angelus factus erat: et inter homines amplius non habitabat. Sicque dimisit eum affligi usque mane. Postea eundem apparuit et ipsum de presumptione redarguit dicens: quod si homo erat iterum eum ut pascere inter homines operari oportebat. Et autem angelus esset intrare cellam non quereretur. Iohannes compunctus ueniam postulauit. Cum autem postulauit: rogauerunt eum fratres ut aliquod uerbum salutare copendiosum loco hereditatis sibi relinqueret. Qui eis dixit: quod et quo fuerat monachus nunquam propriam fecerat uoluntatem: nec aliquid docuerat quod non prius ipse fecisset. Hec in uitis patrum. que uis in domino. iij. kalen. martij.

De sancto iohanne alio abbate. Cap. clvij.



Iohannes abbas

alio in heremo superioris thebaidis erate puerctus: uita moribus et abstinentia pcellens claruit. Hic primus secedens ad heremum tribus annis continuus sub quadam rupe stans semper orauit: ita ut nunquam sederet neque iaceret. Somni autem tantum ceperit: quantum quis stans rape poterit. Tibi homo nisi die dominico sumpsit. Presbyter enim tunc ad eum ueniens pro eo sacrificium offerebat: et ipsum sacra hostia cocicabat: idque ei erat sacramentum et uictus. Huius die quadam diabolus se in presbyterum transfigurans ut ipsum deciperet: hora solstitii preuenit: simulans se sacramentorum gratia aduenisse. Que sanctus propter intempestiuam horam demonem suspicatus: ipsum redarguit: moxque diabolus profusus abscessit: pedes autem eius ex nimia immobilitate duru pebant: adeo ut sanie effluerent. Sed completis tribus annis: angelus sibi apparuit: eiusque pedes vulnera sanauit: et celesti cibo refecit: ac diuisua repletum sapientia ad alios edocedos ire mandauit. Qui iussa complens: omnia semper die ad eundem locum redibat: et ipsum angelus reficiebat: ceteris homo diebus iohannes et palmarum folijs manibus operabatur. Cum quidam claudus ad ipsum curationis gratia ire disponderet: asinum ascendit: qui cingulo manibus sancti uiri operato: sella constrictus erat: moxque ut pedes claudi cingulum tetigerunt: sanatus est. Secreta etiam hominum agnoscebat: ita ut monachis uiciorum locorum eorum peccata occulta describeret: et eorum patribus ut tales uel tales fratres de tali uel tali culpa corrigeret. Eorum etiam merita et sedes per litteras infirmabat: admonens ut in eis perseverarent. Similiter patribus cenobiorum scribebat in quibus eos per spiritum deliquisse cognouerat: ita ut illi conscientie remorsu conuicti negare non possent: multis quoque alijs uirtutibus et miraculis admodum effulsit. Hec omnia appelles Hiero. narrauit: ut idem refert in uitis patrum.